

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De conventiculis

Disputatio Theologica ...

.. Posterior eaque dogmatica

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Gottesheim, Johann Ernst von
Leonhard, Georg Friedrich**

Argentorati, 1705

§. 4

urn:nbn:de:bsz:31-105820

conventicula ejicit, & nostra quoque civitas in der Polizey-
Ordnung, tit. I. §. 7. quæ allegat Dn. D. Zentgravius Sen. Fac.
nostræ & Præses C. E. Venerandus, de lapsu Tertulliani disp. 7.
& ultima §. 18. p. 22.

DISP

RELIGI

P

LOC

N. JO

HA

Theol. D.
& Cap. Th

Dominii

PE

M. JOHAN

Addiem u M

Lite

§. 4.

§. 4.

Si quis vero tandem quærat, quid statuendum sit de ejus-
modi conventiculis, si abusus omnis absit? non damnamus, sed an
sperari hodie possit, dubitamus, & acquiescimus in iis quæ ha-
bet programma Academæ Lipsiensis ad Festum Pentecostes
anno 1691. Non inficiari possumus, par Celeberrimorum Theolo-
rum, Dorscheum & Dannhäuserum in votis habuisse, ut publica
autoritate Collegia Theologica introducerentur, in quibus de diffi-
cilioribus fidei articulis in Laicorum gratiam vernaculo sermone, mo-
te tamen Academico, disputaretur. At in votis uterque substitere,
neque animum ad auspicanda hac exercitia unquam applicuere, tum
quod neminem hac talia ab omnibus totius Ecclesie statibus definien-
da privato posse ausu moliri probe nossent, tum quod optare magis
quam sperare successum eorum prosperum liceret. Quid si in hac
tempora fuissent reservati, quibus nos temerarios quorundam in Ec-
clesia jura invadentium conatus horumque tristissimum eventum ge-
mebundi contemplamur, nequaquam hac essent consilia probaturi.
Quo pacto quidam ordinis in ipsa nostra Academia Theologici (sc.
Dn. D. Carpzovius in Ascerico libello de dictis Pædeuticis med. 23.
p. 442. sqq. uti in margine notatur) Vota preceptoris quondam sui
Dannhäuseri imitatus, præclare de pietatis Collegii Theologo præ-
side, lingua Patria, autoritate tamen illorum, penes quos summa
rerum est, instituendis aliquando sentiebat, jam post morte in his
oris certamina longe meliora edocitus. Tam periculosa vero res ales
cum illi sint conventus, qui sub prudenti & circumspecto doctoris
ordinarij moderamine habentur, a nemine nisi rotius Ecclesie con-
sensu hoc rerum statu vix sperando præterea tentandi, quid de his
juvenum plebisque promiscuo cœco impetu coëuntium conventiculus
judicabimus? Hactenus programma, cum quo sit

SOLI DEO GLORIA, & Dissertationis
nostræ Academicæ

F I N I S.